LONDINVM
Vulgo
LONDON.
Clarkenwell
The Spitel fielde
THE TOWRE
Beere house
Cum Priuilegio.
Hæc eſt regia illa totius Angliæ ciuitas LONDINVM, ad fluuium Thameſim ſita. Cæsari, vt plures exiſtimāt, Trinobantum nuncupata, multarum gentium cōmertio nobilitata, exculta domib. ornata tēplis, excelsa arcibus, claris ingenijs, viris omnium artium doctrinarumq́ genere præſtantibus, percelebris. Deniq́ omnium rerum copia, atque opum excelletia mirabilis. Inuehit in eam totius orbis opes ipſe Thamaſis, onerarijs nauibus per ſexaginta millia paſſuum, ad vrbem præalto alueo nauigabilis.
STILLIARDS) Hansa, Gothica dictio, conuentum, vel congregationem ſonans, multarum ciuitatum eſt confoederata Societas, tum, ob præſtita Regibus, ac Ducib. beneficia: tum, ob ſecuram terra, mariquè, mercaturæ tractationem, tum denique, ad tranquillam Rerumpub. pacem, & ad modeſtam adoleſcentum inſtitutionem conſeruandam, inſtituta: plurimorum Regum, ac Principum, maximè Angliæ, Galliæ, Daniæ, ac Magnæ Moſcouiæ, nec non Flandriæ, ac Brabantiæ Du cum priuilegijs, ac immunitatib. exornata fuit. Habet ea quatuor Emporia, Cuntores quidam vocant, in quibus ciuitatum negotiatores reſident, ſuasque mercatus exercent. Horum alterum hîc Londini, domeſtica oeconomia nitet, habens domum Gildehallā Teutonicā, quā vulgo Stiliard, nūcupāt.